

tribus Prædicatoribus, & Minoribus, q̄ se-
mel præsentati & admissi, non indigeni no-
ua præsentatione, etiam si aliquoties exirent
Diæcesim, ad quam fuerint præsentati. Ita
docet Cardinalis. q. i. & doctissimus Nauar-
ro, cap. 27. num. 264. in Summa Hispano
sermone conscripta, & in Latina num. 266.
Et doctissimus Frater Antonius de Corda-
ua in Additionibus ad Compend. Tit. Præ-
sentatio confessorum, & Magister Soto in.
4. dist. 18. q. 4. art. 3. pag. 86. colum. 1. hoc
idem tenent. Et noster Emmanuel Tom. i. qq.
regul. q. 59. art. 4. in eadem est sententia &
eam communem appellat. Vbi etiam docet
in nullo quoad præsentationem confessario-
rum dictam Clementinam reuocari à Conci-
lio Tridentino [Sess. 23. cap. 15.] ordinan-
te q̄ nullus Regularis possit audire confessio-
nes secularium, etiam presbyterorum, nisi
ab Episcopo obtineat approbationem: ubi so-
lum præcipit Concilium ut examinentur, &
approbentur confessores ab Episcopo, nō au-
tem præcipit ut toties quoties Episcopi vo-
uerint examinare, nouæ approbationi ipsi
Regulares subdantur. Et hoc idem Clemen-
tina Dudum concedit Ordinariis, videlicet
ut pos-